

hil, quam conquerentem audire patrem, filium
immorigerum, proteruum, prodigum, in gentis
dedecus natum, qui exoptatam tantopere sene-
ctuti quietem in curas & cruciatus, quorum ma-
gnitudinem non capiat, qui non expertus sit,
conuertat.

S. VII.

Nec felicius inter dominos & seruos res agi-
tur. Hi si conuenientes nequitiae suae atque igna-
viae non fortiantur dominos, duros asperosque
domini mores accusare non desinunt, illi perfi-
dia, ignauia, petulantia, renitentia serui, si non
maledicta & verbera, gemitus saltem & flebiles
exprimit querimonias, aut si parum rerum ista-
rum adficiatur cura, neglectam perditamque rem
familiarem, omniumque se ipsum expositum lu-
dibrio videbit. Vti plerisque dominorum, si
quam ex eo, quod alios sibi seruientes videant,
dulcedinem capitunt, care satis ea venditur.

S. VIII.

Dōmestica velut haec sunt mala, & vnicui-
que propria, eaque grauia satis, & vix feren-
da, nisi prudentia temperentur & auertantur.
Sed accedunt plerumque ad haec communia.
Quod enim in scholis docetur, mutuae securi-
tatis causa, & vt ciues omnes tranquille vi-
tam degere possint, constitutas esse ciuitates,
id priuatae fortis homines vix ac ne vix qui-
dem sibi persuadebunt. Et cum per bella,

Ff;

quae